

Henricus vero natus maior paternam principatum cum summa diligentia ac sollicitudine gubernavit. Johannes vero secundus frater suus monasteriensem ecclesiam multis annis usque ad exitum vite sue summa cum laude ac gloria administravit. Valtranius vero ad Traiectensem ecclesiam et etiam ad monasteriensem defuncto fratre suo Johanni nequaquam aspiravit. Quis enim ad traiectam concilij Basiliensis fauoret ad Monasteriensem Nicolai pontificis institutione uteretur. Theodoricus vero ipse cum Bononie iure pontificio opera valde magnam daret. a Johanne vero vigesimo tertio summo pontifice romani ecclesie Colonicensis ecclesiam obtinuit. cui enim iam sex et quinqua

ginta annos non sine plebis ac etiam nobilitatis magno favore presuit. qui et si plurima pro defensione sacrasancte ecclesie sue Coloniense vario eventu bella gessit in quis modo strenui militis modo fortissimi Ducis officium implavit. nunquam tamen domi aut sacerdotalia minima aut etiam civilem administrationem neglexit. corpore vero pulchro et supra communes staturam valde eminentem. animo vero magno et perliberali. cuius pallatium illustribus semper patuit hospitibus

Sequitur de Hassia germanie provincia
nuncia et de descriptione eius

De Hassia germanie provincia



Inter Westualos vero ac etiam Francones Hassia iacet montania regio que a rheno fluvio in septentrione potrecta Thuringie iungitur. Princeps vero gentis Langravitatis etate nostra ad imperium vocatus impariam vero se esse dixit qui tante rei molem sustinere posset. maluitque parvo imperio parentibus suis sibi relicto utiliter preesse. quam magnum accipiens dissipare. id quoque sibi obstare ad rem christianam gerendam dixit. quia litteras ignoraret. Suit tamen legum cultor.

quas sibi patrio sermone exponi iussit. quotiens enim coram eo causa ventilata est. nec unquam compertus est iniquam tulisse sententiam. Sic cum reformatus monasterium quoddam sue ditionis ingreditur et inditatus cum monachis edidit venenum pro cibo inter edendum sumpsisse creditus est. nam et ipse et abbas qui reformationem petierat paulopost extincti fuerunt.

Sequitur de regione franconia